1159 num imperatori notissimum. Hoc audiens imperator cum militia in auxilium Papiensium prosilit, Mediolanenses sternuntur impie, nonnulli vulnerantur, occiduntur, capiuntur, Laudam deducuntur.[1] Imperator cum triumpho ab episcopis suis susceptus eis et aliis principibus suis inquit: Eamus et videamus hodiernam venationem nostram, si tantis laboribus nostris sit competens. Ivimus, vidimus tantam multitudinem eorum, iuvenum, senum, adolescentum in longissimis chordis in carceres deduci, sicut greges albarum ovium. Hoc itaque peracto ad obsidendam Kremam revertitur[2] et ita eam exercitibus circumdant, quod nullus Mediolanensium
[1 intus P. Tr.] ire intro nec Kremensium extra ire poterat, arctantur undique, molendina, forum et currentes aque auferuntur. Pergamenses fidelitatem suam imperatori ostendere volentes cum eis prelium ineunt, a tertia
[2 fehlt P. Tr.] hora usque ad crepusculum pugnatur acriter, Kremensium septem optimi capiuntur milites, quos imperator ante portas eorum fecit suspendi, licet pro vita sua redimenda ei plurimam ~~offerrent~~

1) Die Ann. Med. mai. 37 geben 300 Gefangene an, Friedrich selbst in seinem Brief an Albert von Freising 600 (Rahew. IV, 51 S. 290). Sie wurden später nach Pavia gebracht (Otto Mor. 73, Ann. Med. mai. 37).

2) Mahnung Konrads vom 18. Sept. Const. I, 191 S. 271.